ipsa appellatio quae omnibus oppressis iure debetur, non est illi admissa de gravamine idem N. Coram ipsis Commissarijs nostris, tum et coram Mediastinali et nobilibus licet solenniter protestatus est, appellavitque secundo ab ipso gravamine interposuerit, appellatio illi nequaquam est admissa. Quapropter citat te ad videndum et audiendum tot idem Commissariorum decretum tanquam iniustum et non iuridicum pro parte tua et vicinis tuis in illo latum processibusque omnibus inde secutis cassari, annihilari et in nihilum redigi, et id quod de iure decernendum Contra te decerni, prout tibi de omnia et alia huius negotij quaevis mota opportuna et necessaria. Et hoc non excessa in termino advenient latius obijcienti, deducendi et literis documentis probabuntur. Judicioque sisto insuenis et rei judicatae satis facturus. Quod si vero in termino comparueris sive non, nihilominus nos contumaciam tuam non obstante id quod iuris erit, contra te decernemus. Datum

Citatio super Perduelles.

Quibus mandamus III. tibi Nobili N. ex personae ac bonis tuis [...] mandamus quatenus Coram Regia Maiestate et Consiliarijs Regni, atque deputatis Equestris ordinis ex nuncijs terrarum in Comitijs Generalibus Regni Crac: feliciis Coronationis nostrae ad autumnitro convenienter electis designatisque a positione presentis literarum in quatuor septimanis immediate currentis Crac: aut ubi tunc cum Consiliarijs eisdem et deputatis constituti fuerimus peremptorie compareas ad instantiam nostram et Reipublicae Quia te citat idcirco quia tu eo tempore dum iam in Regem Pol. liberis ordinum suffragijs renunciati essemus, postposito boni civis officio, cum certis personis cum quibus speciales esse constat actiones contra Rempublicam machinatus es, factionemque ad turbandam eam molitus es, externo Principi operam tuam addixisti, et pecunia ab eo accepta, militeque sibi pro ea comparato, eundem in viscera gentis induxisti, atque conventionibus publicis quas non celebratis eidem principi externo Regalia tribuere et Constitutiones R.P. novitates sanari provasti, bona et possessiones incolarum Regni invasisti et spoliasti, ac more guerrino depopulatus es. Cracoviam ubi sedes Regia est invasisti, et oppugnasti, ac marte petisti, arces civitates ac alias R.P. munitiones more hostili expugnasti et occupasti, atque prosperas feliciter inchoationem et inaugurationem nostram militem contra nos et R.P. conducere et motus privatos seditionesque in R.P. alere non cessasti, quae ipsa quantum in te fuit contra leges et libertates paternas faci:

eris prout ea omnia tibi in termino latius obiicientur et probabuntur. Quibus eiusmodi factis tuis Crimen perduellionis et hostis patriae admisisti, et in poenas legum hac [illegible] iuncta delicta, et Crimen eiusmodi et iuxta Iura et Constitutiones Regni per [illegible] extendi et animadverti. Ideoque ad iuris sui rationes de termino Iudicii attentaturus, et si de iure valuerit, in suis. Alioquin Contumacia tua non obstante peremptorie contra te in ea causa procedetur. Dat.

Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae M. D. L. Russiae Prussiae Samogitiae Masoviae Livoniae etc. nec non Regni Sueciae proximus haeres et futurus REX.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Devolutam esse ad nos et Iudicium nostrum per modum appellationis ab officio Consulari Civili Caunensi causam et actionem inter honestum Felicem Lausynowicz Vitrarium et Civem Caun. tanquam tutorem legitimum Coniugis suae Magdalenae, eiusdemque uxoris sororis Dorotheae Actores ex una, et honestam Annam Mathisowa Stolarzowa Conventam partibus ex altera, Cives Caun. idque pro eo, Quod praefata Mathisowa post mortem olim mariti sui Mathiae Arcularii bona eiusque relicta dissipavit, domos hortosque divendidit, aliqua sola sibi teneat, filiabusque suis Magdalenae uxori Actoris, et alteri Dorotheae Virgini non dividit. In qua Iudicium illud Civile Consulare Caunense Tandem in causa et actione [illegible] praefatam partem Conventam amplius bona eadem de quibus controvertitur dissipare non posse, nisi de iis quae aliena[illegible] [illegible] sed tamen in domo et aliis bonis habitare, eisque uti frui pacifice quoad vixerit.

Fra 6. ord. 10 Martij Ao 1589 oblat. C off. C. Caun.

A qua Sententia et toto processu Causae ad nos et Iudicium nostrum per Actorem esse provocatum, uti ea omnia in processu istius Causae latius describuntur et [illegible] continentur. In termino itaque hodierno ex appellatione ad nos, et Iudicium nostrum devoluto, et successive continuato, Parte quidem Actorea per [illegible] plenipotentem suum fam. Sigismundum [illegible] coram nobis et Iudicio nostro legitime comparente, et eum terminum attentante. In contumaciam partis Conventae per Ministerialem generalem Curiae nostrae [illegible] Conventa vigore [illegible] [illegible] [illegible] terminum ex ea appellatione a Iudicio Civili Consulari Caunensi rescripta attentante. Thomam [illegible] quatuor vicibus ultra iuris